UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei declamatoribus admodum vtilis et necessaria

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Nobilitas duplex.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

Visual Library

cauit eum ſicut eſt ab initio; gratias
referendo. Eccleſiaſticus. Danti mihi Ec. ult.
ſapientiam dabo gloriam. Et demum
opere debemus deum laudare. Vnde
Matt. Sic luceat lux ueſtra coram ho- Matt. 5.
minibus, ut uideant bona opera ue-
ſtra, &c. Et P. Auguſtinus. Non ſolum Auguſ.
igitur uox tua ſonet laudes Dei, ſed
& opera concordent cum uoce. cum
enim laudatur Deus de bono opere
tuo, tunc laudas dominum.

Nobilitas duplex.

PRima eſt carnis; de qua non eſt
ſuperbiendum propter tria. Pri
mo, quia ut uidemus frequen-
ter, nobilitas carnis aufert nobilita-
tem mentis, quod indignum eſt. Vn-
de quidam. Multo indignius eſt men-
te ſeruire quàm corpore. Hi nanque
non ſunt dicendi nobiles, ſed ignobi
les; non ſunt dicendi domini, ſed
ſerui. De ignobilitate legitur in libro
Reg. 2. Dixit dominus ad Heli, abſit 1. Re. 2.
hoc, ſed quicunque honorificabit
me, glorificabo eum, qui autem con
temnunt me, erunt ignobiles. de ſer-
uitute. Rom. 6. Neſcitis quoniam cui Rom. 6.
exhibetis uos ſeruos ad obediendum,
ſerui eſtis eius, cui obediſtis, ſiue pec-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cati ad morté , ſiue obeditionis ad iu-
Io. 8. ſtitiã. et Io. Qui peccatũ facit, ſeruus
Bernar. eſt peccati. Et Ber. An non ſeruus cui
Remig. dominatur iniquitas ? Et Remigius.
Qui enim ſeruiunt uitiis, & diabolo,
ſerui ſunt uitiorum & diaboli. Secun-
do quia omnes ſumus ex eodẽ patre,
& ex eadẽ matre , geniti uel ꝓcreati.
Nõ legitur dominũ feciſſe unũ Adam
argenteum unde homines eſſet nobi-
les , & unũ de terra, unde eſſent igno-
bíles, ſed unum tantum fecit, & illum
luteum, ex quo omnes exiuimus. Vn-
de ſiquis ex hoc ſolũ nobilis eſt, quia
ex nobilibus parentibus ortus eſt, aut
omnes nobiles erimus, aut ignobiles.
Mala. 2 Vnde Malach . Nunquid non pater u-
nus omnium noſtrorum ? Nunquid
non Deus unus creauit nos ? quare er-
go unuſquiſque deſpicit fratrem ſu-
um ? Tertio , quia nobilitas iſta nil
aliud eſt quàm antiquæ diuitiæ, ſicut
Auguſ. dicit P. Auguſtinus & Philoſophus.
Omnia iſta longa ueritas miſcuit, &
ſurſum & deorſum fortuna uerſauit.
Auguſ. Et P. Auguſtinus . Neminem regem
niſi ex ſeruis oriũdum eſſe ſcimus, ne-
minem ſeruum niſi ex regibus. Secun-
da nobilitas eſt animi, & hęc ſola no-
Hieron. bilitas eſt. Vnde Hieronymus. Nobi-
litatem ueram eſſe animum genero-
Seneca. ſum dicitur. Et Seneca . Quis eſt ge-
neroſus

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

neroſus & ad uirtutes bene compoſitus?& hæc nobilitas dicitur gratuita, ideſt gratia Dei data, ſilicet, quando aliquis gratia Dei cuſtoditur, ne mali turpitudini ſeruiat. Vnde Tullius. Hic *Tullius.* liber exſtimandus eſt, q nulli turpitudini ſeruit. De hac enim gloriandum eſt. Vnde ſapiens. De illa nobilitate glorieris, quæ filios Dei, & coheredes facit. Tunc ille nobilis eſt ſi peccata & uitia deſerit, & uirtutes animi, inquantum poteſt, cuſtodit.

Nobilitatis ueræ ſigna ſunt quinque.

PRimum eſt liberalitas. Vnde Deus, qui liberaliſſimus eſt, ideo liberaliſſimus, quia nobiliſſimus eſt, & quia nobiliſſimus eſt, ipſe eſt liberaliſſimus, quia non ſolũ ſua dedit, ſed & ſemetipſum, non ſolum ſuis ſeruientibus, ſed etiam hoſtibus. Matt. *Matt. 5* Qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos, & iniuſtos. Si ergo liberalitas eſt ſignum ueræ nobilitatis, eius contrarium eſt rapacitas, quod eſt ſignum magnæ ruſticitatis. ergo ruſticiſſimi ſunt qui auferunt bona pauperum. Secundum eſt gratitudo,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN